



# POLYANTHÆ NOVÆ LIBER V.

E.

## Ebrietas.

### DEFINITIO: ET ETYMOL.



**E**BRITAS, Græce *μείδω*, *μείδω*, & *μείδω* vel *μείδω*, *μείδω*, *μείδω*, ebrius & *μείδω* inebrio dicitur. Est autem ebrietas appetitus bibendi ultra mensuram, ex quo prouenit rationis priuatio. Temetum vinum, & Temulentia.

Ebrietas est, per quam menti quædam sui obliuio generatur, & superfluum potuū indulgentia. *sec. Isid. lib. Etymolog.*

Ebrietas est priuatio vius intellectus, facta ad aliquod tempus, ex immoderato potu vini, vel cuiuscunque alterius rei potabilis.

Ebrius & ebriosus sic differunt: quod ebrius est, qui nimio potu est alienatus mente, ebriosus, qui sæpe fit ebrius. Ita ebrietas & ebriosus differunt, quod ebrietas fit ex causa, ebriositas fit ex moribus. Ab ebrius fit inebrio, & eius passiuum inebrius, & ebriose aduerbiū, id est, ad ebrii similitudinem. Et ebriolo verbum dicebant antiqui. *Laertius: Ebriolati mentem hilariam arripiunt.*

Ebrius dicitur, qui nimio potu alienatus est mente: Contrarium est sobrius, quasi sine ebrietate, qui in cibo & potu temperans est, & qui non est actu ebrius. Ebriosus sæpe & semper fere: ebrius dicitur, qui potu obrutus est. Sic ebrietas fit ex causa, ebriositas ex more & assuetudine.

Hebr. *Schabar* tum immoderatum vini alteriusve potus inebriantis ingurgitationem, tum liberaliorem potationem nonnunquam significat. inde *Schicaron*, ebrietas: *Ezech. 23. 4. 4.* Cognationem habet verbum hebræum *Schacur* cum *Schackar*, scurriliter egit, nam ebrii scurriliter se gerunt, vrbiumque ac pagorum fiunt ludibria; *Hinc vixit, sicero oratio, salto vt ebrius.*

### SENTENTIAE BIBLICAE.

Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudine illius non tegetur. *Eccl. 26.*

Sicut ignis probat ferrum durum, sic vinum corda arguet in ebrietate potatum. *31.*

Diligenter in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. *ibid.*

Amaritudo animæ vinum multum potatum, aqua vitæ vinum hominibus: si bibas illud moderate, sobrius eris: in iucunditate creatum est, non in ebrietate ab initio. *ibid.*

Exultatio animæ & cordis, vinum moderate potatum: & sobrius potus sanitas est animæ & corporis. *ibid.*

Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum: in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. *ibid.*

Non in commessationibus & in ebrietatibus. *Rom. 13.*

Qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. *1. Thess. 5.*

*Ebrietas iram Dei prouocat.*

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vespem, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tuba, & vinum in conuiuio vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. *Esa. 5.*

Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. *ibid.*

Expergiscimini ebrii, & flete: & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. *Ioel. 1.*

Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. *1. Cor. 6.*

*Mentem alienat.*

Ne intuearis vinum quando flauescit: cum splendet in vitro color eius, ingreditur blande, & in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, &

quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando cuigilabo: & rursus vina repetam. *Prov. 23. 31.*

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos. *Eccl. 19. 2.*

Ne comprimaris in conuiuio vino. *31.*

Væ coronæ superbiz ebriis Ephraim, & flori decidenti, & glorie exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiserrantes à vino. *Esa. 28. 17.*

Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, abioti sunt à vino, errauerunt in ebrietate: nesciuerunt videntem, & ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, lordiumque, ita vt non esset locus vitæ. *ibid.*

Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic cras, & multo amplius. *36.*

Ad te quoque perueniet calix: inebriaberis atque nudaberis. *Thren. 4.*

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Ose. 4. 11.*

*Libidinem inflummat.*

Luxuriosa res vinum. *Prov. 10.*

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Ephes. 5. 18.*

*Corpus enervat.*

Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. *Prov. 11.*

Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. *Ier. 25.*

*Substantiam dissipat.*

Noli esse in conuiuio potatorum, nec in commestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus & dantes symbola conuidentur. *Prov. 25. 26.*

Operarius ebriosus non locupletabitur. *Eccl. 19. 1.*

*Pacem separat.*

Tumultuosa ebrietas. *Prov. 20.*

Cui væ, cuius patitur væ, cui tixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui suffollio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? *23. 31.*

Ebrietas animositas, improprietatis offensio, minorans virtutem & faciens vulnera. *Eccl. 31. 40.*

Vinum multum potatum irritationem, & iram & ruinas multas facit. *ibid.*

Cæperunt principes furere à vino. *Ose. 7. 5.*

*Secretum manifestat.*

Nullum secretum est, vbi regnat ebrietas. *Prov. 31. 4.*

Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians vt aspiciat nuditatem eius, repletus est ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dextræ Domini, & vomitus ignominiz super gloriam tuam. *Abac. 2. 15.*

Ebrietas spiritalis, *Ier. 17. 13. Ezech. 23. 33. 30. 19. Esa. 28. 13.* Ebriosi fugiendi, *Prov. 23. 20. 1. Cor. 5. 11.*

Ebrius, ebria, ærumnis & afflictionibus oppressi. *Esa. 51. 21. Ier. 23. 9.* Ebria sanguine sanctorum meretrix mystici, *Apoc. 17. 6.*

### SENTENTIAE PATRYM.

Noachi indecora ebrietas scripta est, vt ebrietatem quam maxime vitemus, manifestam scriptisque mandatam lapsus imagine habentes, propter quam qui ebrietas turpitudinem tulerunt (nè pe laphet & Sem) benedicuntur à Domino. *Clement Alexan.*

Lymphatus & cacodæmone captus, misericordia quidem dignus est: ebrius vero eadem fere & ipse patiens, minime misericordia dignus, qui spontaneo seruit dæmoni. *Bas. Magn. ser. de ebriet.*

Quid infelicis ebrietatis dominatu? ventri ultra capacitatem infundere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam naturæ incolumi imperare? *Hilar. in Psal. 75.*

Ebrietas est fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit. *Aug. in epist.*

Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparumque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amittit

in infamia voluit  
de decus vitæ, hor  
que sexu cuncta  
regna celo  
conuiuio  
ebrietate profra  
nequit, aut fo  
dada componit, ma  
directo supinus acc  
conuiuio preber, &  
preter vinum  
decreta, in m  
pocula iniusta & r  
escrat rixam, quia i  
non patitur audire, i  
ponomium crimina.  
plus isto sumptum  
ebrietate creata est vin  
plurimi plurim  
& sui obliui, amissis h  
pateris profugi vi  
dominatio  
Alexand  
vino impellen  
quam plurimæ vt  
vinoque tepultis, &  
vid  
non vltu  
nec gestorum aut lectio  
est. *ibid.*  
ad terram o  
inuerendos er  
cum summa trepidati  
vero imim  
non vin  
nati vincitur ferro.  
demon, du  
ipsum non habet  
est peccatum. *in quod*  
ad bibendum pro  
pro se, quod pro i  
quom absorbet vinum.  
Angelis, deride  
conduntur à demonib  
naturam, am  
eternam. *ibid.*  
horz ebrietatem n  
conterat. *Hier. epist.*  
est, vbiunque la  
ad Titum.  
per quam menti qu  
indulgentia.  
demoni amicum,  
vitorum. An  
peccatorum rad  
vinum inue  
suebat & consore sua  
horz ebrietatem n  
tentant. *sed &*  
membra nudantur  
Hilar. *in*  
inducium rationis offu  
naturalem virtute  
adducit: i  
diuinam maledict  
crimen est: in sa  
alter spiri  
materlitium, furoris ge  
homo non est, hanc  
enim est  
& pudoris i  
ratio exulat.  
subuertuntur. *ibid.*  
POETICÆ S  
Menand